

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg
Green, Georg Sigismund**

Vitembergae, 1700


urn:nbn:de:bsz:31-105555

III

Gymn 4770

~~I B 2 12~~

g 9160



2. B. V.
DISPUTATIO THEOLOGICA SOLENNIS;
De
TERMINO
SALUTIS HUMANÆ
PEREMPTORIO,

Quam,
EX CONSENSU VENER. ORDINIS
THEOLOGICI,

PRÆSIDE

JOH. GEORG. NEUMANNO,

SS. Theol. D. ejusdemque P. P. Alumn. Elect.

Ephoro, Acad. Bibliothecario, h. t. Decano,

PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS
RITE CONSEQUENDIS,

defendet

M. GEORG. SIGISMUNDUS. GREENIUS,
WITTENBERGENSIS.

Ecclesiæ Luccaviensis, in Lusatia Inferiori, Archi-
Diaconus.

Ad d. XIII. Febr. A. O. R. cl^o 19^{cc}.

VITEMBERGÆ,
PRELO CRISTIANI KREUSIGII, ACAD. TYPOGR.



I. N. J.



Um denuo Ecclesiæ datum sit offendiculum, divulgato in vicina libro, de *Termino peremptorio Salutis humana*; & vero Auctor illius non ex suopte ingenio, sed ex D. Speneri libris, sese inductum in hanc sententiam fuisse, aperte testetur; liceat mihi usurpare illud, quod de Pelagio, ejusdemque seqvacibus scribit Hieronymus: *Ma-*

gistri silentium proferat rabies discipulorum. Quod audiverunt in cubiculis, in ecclesiis predicant, ut, si placuerit auditoribus, quod dixerint, referatur ad gloriam Magistrorum; sin dispicuerit, culpa sit discipuli, non Magistri. Ideo crevit vestra hæresis, & decepistis plurimos, quia semper docetis, semper negatis. T. III. Ep. ad Cresiphont. p. 117. Ut enim, quæ sparsim in Antesignani libris occurrunt, de gratia divina, peccatori, dum vivit, non semper obvia, pridem cordatis observata fuerint, nec obiter notata; tamen, ne forte nodum in scirpo quæsvivisse videremur, quod sæpe nobis objectatum esse constat, transmittere silentio illa satius fuerat, quam rigidius exprobrare. Nunc vero cum proferat ista discipulus, qui in vicinis Ecclesiis, res novas moliri, turbasque & dissensiones concitare cœpit; nostraque de his semel iterumque fuerit expetita sententia; dandum hoc veritatis studio, & mutuo inter nos consensui fuit, ut evolveretur istud argumentum, publicæque censuræ submitteretur. Neque tamen cum auctore scandalosi libelli disceptare animus est; quippe cujus causæ ingemiscimus potius, abreptumque in

hæc præcipitia dolemus : nec, quas tam operose conquirit rationes, istius profecto momenti sunt, ut confutari singulæ mereantur; cum & semetipsas tollant subinde, & propria concidant fragillitate; Quin potius Antesignani expendemus asserta, & hujus potissimum investigabimus mentem; ne vetus illud Sectariorum effugium opponat, deteriores Magistro discipulos fieri, optimeque cogitata in pessimum quandoque sensum detorqveri. Itaque, cum non de re ludicra disceptetur, sed de gratia Dei, ipsaque æterna salute, ad quam votis omnibus adspiramus; id in primis dabimus operam, ut, procul omni contendendi libidine, persequamur negotium, & quoad fieri potest, brevissimè, ipsius rei nervum incidamus. *Benedicat nobis Deus noster, benedicat nobis Dominus noster, suamque nobis gratiam impetietur!*

SECTIO I.

§. I.

Primum omnium de mente Dissidentium constare oportet, ut hinc controversiæ status rectius innotescat, & omnes adeo evitentur ambages. Ipsa loquendi ratio, *de termino peremptorio*, cum nec in Scripturis obvia sit, nec in Ecclesia hætenus audita; ex Jctorum foro, ut apparet, desumpta est, atque ad describendam œconomiam salutis traducta. Primus autem, quod sciam, ad hoc negotium eandem applicuit D. Spenerus, cum explicato *Lnc. XIII. v. 7.* ita pergit: Dieses gehöret also unter die Geheimnisse der göttlichen Gerichts-Engley / wie weit oder nahe Gott einem jeden seinen Terminum peremptorium, nach welchem kein weiterer Verzug gegeben werden soll / bestimmet. Bey der ersten Welt vor der Sündfluth warens 120. Jahr / die Gott noch wartete / zu andern Zeiten / magß eben nicht so lange gewehret haben. So wäre

wäre es vermessen / wo sich iemand unterstehen wolte / selbst zu bestimmen / ohne daß GOTTES Wort ihm vorgehet / wie lange GOTT noch diesem oder jenem werde zusehen / oder nicht. Indeffen sehen wir gleichwohl dieses : es solle nicht allezeit solche Frist und Gnaden-Zeit wehren / sondern sie höre endlichen auff. *Part. II. Buß-Pr. p. 261.* prolixior est locus, & ille ipse, quo se ad edendum de Termino peremptorio, librum, commotum fuisse scribit auctor *M. B.* Dieses Zeugniß Herr D. Spenerus, ist ziemlichen theil / zu diesem Büchlein die Ursach gewesen *Tr. p. 247.*

§. II.

Ut proinde peremptorium edictum Ulpiano est, quod perimit tollitque disceptationem, nec patitur adversarium tergiversari: indeque pro contumaci habetur, qui tribus editis propositis, vel uno pro tribus, vel literis etiam provocatus, praesentiam sui facere contemnit: ita illi, DEO affingunt peremptorias hujusmodi denunciationes, quibus vocentur homines, ac nisi intra definitum à DEO tempus veniant, agantque poenitentiam, à gratia & salute penitus excludantur. GOTT hat seine Zeit gesetzt / wenn / und auff was Art / er sonderlich in jedes Seele wirken will / wie denn der Wind bläset / wo er will / *Job. III. 8.* nicht / wenn und wie wir wollen. Wer nun zu solcher Zeit GOTT nicht mit sich handeln läßt / (hic terminus esto) so kan es seyn / (enquam sceptice!) daß ihm wohl sein lebtage / oder lange nicht so gut werde / *D. Spen. Leb. Pfl. p. 396.* Affecla vero doctoris sui legit vestigia: Diese Zeit aber / welche GOTT oft ganzen Gemeinen / auch jeden Menschen / sonderlich zur Buß und Annehmung bestimmet hat / nennen wir mit Herr D. Spenern / Terminum peremptorium, weil nemlich über dieses gesetzte Ziel kein ferneres übrig / NB. noch dem Sünder sich zu bekehren möglich ist / *M. B. p. 38.*

§. III.

Porro, ut in arbitrio judicis situm est, utrum prorogare diem edicti peremptorii, vel præscindere, velit: perinde quoque liberæ DEL summi judicis potestati relictum esse censent, augere terminum gratiæ, & imminuere. Aliquando enim primam, aliquando alteram, tertiamque gratiæ significationem, ultimam esse, tradunt. Das Jahr oder die Zeit/welche Gott einer Gemeine/einem jeden Menschen gesetzt und bestimmet hat / ist in der geistlichen Anwendung nicht einerley / sondern es ist bey einem etwa eine längere Zeit / da die göttliche Langmuth noch auff die Busse warten will / bey andern ist's kürzer. *D. Spen. l. c. Buß-Pr. p. 262.* Schlagen wir die Bewegung des Heil. Geistes einmahl aus / so sind wir nicht gewiß / ob er ein andermahl wieder kommen / und uns anwehen werde. *D. Spen. Thät. Ehr. P. II. p. 70.* So heist's Job. XXXIII. 29. Gott thue es etwa zwey / oder drey mal mit einem ieglichen / daß er seine Seele heraus hole aus dem Verderben: er wiederhole seine bußweckende Gnade zu unterschiedlichen mahlen bey einem Menschen / aber nicht unzehlich / so ist auch die Frist solcher mahle ungleich. *Idem P. II. Buß-Pr. p. 262.* Es läst's der liebe Gott an citiren nicht er mangeln / ob wir schon nicht eben wissen / wie vielmahl ers thun werde / und welches das letzte mahl seyn solle. Wie oft es aber der Heilige Geist bey diesem oder jenem thue / (ut trahat hominem) das stehet in seiner freyen Macht / *M. B. p. 55.*

§. IV.

Contra verò, ut insignis beneficii loco habendum est, quod Judex diem indicet, quo debeat comparere reus vel actor: ita multo atrocius judicium DEO affingitur, quo ille terminum salutis peremptorium, nec signo, nec verbo indigitarit. Nam ad arcana DEL decreta, hoc pertinere, nec ulli

ulli mortalium revelatum esse, statuunt: Dieses gehöret unter die Geheimnisse der göttlichen Kriegs-Cangelley / wie weit oder nahe / Gott einem jeden seinen terminum peremptorium, nach welchen kein weiterer Vorzug gegeben werden soll / bestimmet. *D. Spen. l. c.* Und ob Gott viele Sünder / bis zur Stunde ihres Todes / mit seiner Gnade begleite / so hat er verborgene Ursachen / und wird niemand erweisen / daß er solches allen Sündern thue. *M. B. p. 309.* Hinc subinde dicitur, die in Gottes Rath bestimmte Zeit / die in Gottes geheimen Rath verfloßene Gnaden Zeit. *p. 159.*

§. V.

Cum itaque tam abstrusum, atque reconditum sit hoc, de termino peremptorio, decretum DEI, mirum non est, quod nec definire tempus queant, quo elapsus ille sit, nec individua designare, quibus per hunc terminum fores gratiæ occlusæ sint, nec ipsa describere delicta, quibus admissis, causa cadant, & peremptorie condemnentur. Modo enim de hominibus, qui venialiter peccant: modo de securis, induratis item & excæcatis, loquuntur: modo de semel iterumque lapsis generatim differunt, nec quicquam de his, more Pyrrhonicis definiunt. Dieses ist ein Stück der Wachsamkeit / immer acht darauff zu geben / wenn Gott mit guten Gedanken bey uns einspreche / und damit zeige / er wolle guts in uns wirken / damit wirs nicht veräumen / (si qui bonis motibus non semper indulget, per terminum iudicii divini, à gratia excluditur) und sie nachmah / aus seinem Gericht / nicht wieder erlangen. *D. Spen. Leb. Pfl. p. 306.* Es kan dahin kommen / wie *Prov. 1, 24.* und ferner stehet / daß die Zeit der Gnaden aus sey / und die Gottlosen / so göttliche Gnade lange gespottet / wo sie nun das Unglück trifft / zwar umb Hülf und Gnade ruffen / aber nicht erhöret werden. *Idem Bus-Pr. l. c.* Wo der Mensch / oder eine Gemeine / eine zeitlang Gottes freventlich gespottet / und

und in böshofftigen Sünden fortgefahren ist / da nunmehr die die Zeit vorüber ist / die er ihm gesetzt hatte / wie lange er ihm zusehen wolle: so spricht er gleichsam in seinem Gericht das Urtheil / daß er sie in die Verstockung überlassen wolle / und damit ziehet er seine Gnade von ihnen ab / die sie sonst noch einiger massen von der Boshheit zurück gezogen hätte. *Idem Glaub. L. p. 1025.* Ich halte darvor daß die Busse der Gefallenen / (*sic de quibuscunque lapsis id asserit*) da einer aus dem würcklichen Stand des göttlichen Zorns / zur Gnade bekehret wird / bey einem Menschen so gar zu oft nicht wiederholet werde. *Idem Glaub. Lehr p. 805.* Ob Gott die Sünder ins gemein läßt erinnern / und die Straffe vorsagen / so ist doch bey ihm eine gewisse Zeit benennet / nach welcher Verfließung es mit dem frechen Sünder (*Ergo proæreticis peccatoribus promiscue gratiam præcludit*) dahin kommen kan / daß ihm nicht mehr zu helfen stehet. *M. B. p. 108.* De induratis atque excæcatis integro capite agit c. XIV.

§. VI.

Roganti autem, annon tanta sit gratia & misericordia divina, ut velduret per totum vitæ tempus, vel, si peccator ea excidat, ut recuperari possit, hominique dolenti, & Christi Meritum amplectenti, semper parata sit? negant illud Dissidententes, nec conversionis gratiam, quam semel iterumque & sæpius rejecerit peccator, toties iterari concedunt: quinimo ne *assistentem* quidem *gratiam*, qua duci ad penitentiam possit, etiam superesse. Ob wohl ordentlich die Zeit der Gnaden und also auch die Busse wehret / so lange wir hier in dieser Welt leben / so sind doch Gottes Gerichte auch gerecht / wunderbar und verborgen. Wie wir an dem Pharaon das Exempel haben / der sich in seiner Verstockung darnach nicht mehr retten kondte. Also sagt Paulus Phil. II, 13. **GOTT** wircket das Wollen und Vollbringen / nach seinen Wohl-

Wohlgefallen/ nicht gerad wie wir es haben wollen. *D. Spen*
 Glaub. Tr. P. II. p. 244. Es wird erfordert / wo der Heilige
 Geist anfängt / ein wenig anzuklopffen / daß solchem gleich
 Plag gegeben werden müsse / oder er wird mit keiner weitem
 Gnade das Werk treiben. *Spen. Thät. Chr. P. II. p. 4.* Ich halte
 davor/ daß die Buße der Gefallenen bey einem Menschen so
 gar oft nicht wiederholet werde. *Idem Glaub. Lehr p. 895.*
 Wenn der letzte Versuch der göttlichen Gnade vergebens ist/
 (termino gratiae præterlapso) so giebt Gott keine weitere
 Frist zur Buße mehr/ sondern zieht seine Hand von einem sol-
 chen Gottlosen ab / und übergiebt ihm den Satan / und ins
 Gericht der Verstockung / daß er nicht mehr bekehret werden
 kan. *M. B. p. 65.* Nach Verfließung dieser benannten Zeit/
 ist es mit dem Sünder dahin kommen / daß ihm nicht mehr
 zu helfen stehet. *p. 109.* Einiger Menschen Gnaden Zeit kan
 verfließen/ die nimmermehr wieder zu erlangen stehet/ ob sie
 auch schon noch so lange leben. *p. 143.* Die Gnade Gottes
 inhabitans & assistens wird denen Gottlosen und verworffe-
 nen Sündern nicht mehr bis ans Ende angeboten. *pag. 310.*
 Quinimo post elapsum gratiae terminum, nec precibus, nec
 intercessionibus, Merito Christi innixis, locum amplius re-
 linqui, docent: Christus bitter nicht mehr weiter vor einen
 solchen. -- Nachdem Christi Fürbitte aus ist / hilfft keine
 andere mehr / und muß wohl der elendeste Stand seyn / wo
 auch kein Gebet mehr Platz hat. *Spen. Buß-Pr. P. II. p. 262.*
 Gott will vor solche Sünder weder ihr eigenes / noch an-
 derer Gebet annehmen. *M. B. p. 81.* Es ist gefährlich alsdenn
 erst schreyen / wenn die Gnaden- Zeit schon verflossen/ und
 das Urtheil schon ergangen ist/ und darff keiner denken / daß
 die letzte Viertel-Stunde eines sündigen Lebens allzeit genug
 sey / mit Gott ausgesöhnt zu werden. Denn nicht ieder
 der daruff/ wird erhöret werden / nicht ieder / ob er schon
 B
 ang-

ängstlich sucht / wird finden. *Idem p. 72.* Das Verdienst und Fürbitte Christi soll aller solcher Leute Nothnagel seyn / *Id. p. 470.* O impietatem & blasphemiam!

§. VII.

Utrum vero ad hominem, vel ipsomet Deum culpa præclusæ hujus gratiæ referenda sit? quæri omnino poterat. Prius quidem affirmare illi, posterius autem negare videntur. Sed re ipsa nihil aliud agunt, quam ut Deo causam amissæ salutis adscribant. **GOTT** läßt einen solchen Menschen oder auch Volk nicht gleich zu Grunde gehen / sondern erhält sie eine gute Zeit / NB. daß sie immer mehr Böses thun können / welches er sonst wohl abbrechen könnte / wenn er sie sein plögl. und bald wegriß. (Quasi verò sustentatio naturæ inferat, ut homo peccet; ac pater aliquis ideo sustentet filium, ut homicidium & adulterium committat.) *D. Spener. Glaub. L. p. 1025.* Was anlanget diejenige / so nicht nur von **GOTT** beruffen / sondern würcklich einmahl bekehret sind gewesen / aber nachmahls wieder abfallen oder gottlos werden / können wir von denselben nicht sagen / daß er sie alle mahl auff's neue wieder beruffe / sondern einige läßt er zum Zeugniß seiner Gerechtigkeit / und andern zum Abscheu zuweilen NB. gar ohne fernere Anerbietung der Gnaden-Mittel oder neuen Segen in das Gericht der Verstockung fallen / darinn sie gewiß verderben. *Idem ibid. p. 118.* **GOTT** nimmet zwar allezeit die Buße eines bußfertigen Sünders an / aber es kan in seiner Gerechtigkeit eine Zeit kommen / daß er keine weitere Gnade und Trieb zur Buße giebt / sondern die Herzen verstockt werden läßt NB. daß sie nicht mehr Buße thun können / --- und der **HERR** dieselbe nicht weiter in ihnen wirckt. *Idem Buß-Pr. P. II. p. 262.* Es bleibet wahr / daß bey **GOTT** eine Zeit kommen kan / wie oben erwiesen / daß er
bey

hey einigen Sündern aus gerechten Gerichte keine Buße mehr wirken will / und NB. daher der Sünder in Verstockung bleibt. *M. B. 316.* Wenn die Bußverzügler nach versäumter Zeit kommen / so läßt doch Gott durch wunderliche / unverbhoffte / und oft unbegreifliche Wege sie verstricken / fangen / und das gerechte Urtheil über sie ergehen / NB. wie in zeitlichen Plagen / also auch in geistlicher Verstockung und ewiger Verdammniß. Ob sie sich zu der Zeit mit vielen Gottesdiensten bemühen / und wollen sich gleichsam um Gott wohl verdient machen / so höret sie Gott doch nicht / sondern sie müssen in ihren Unglück verzweifeln und verderben. *Id. p. 76. 77.* Tandem pugnat Fanaticus, & errorem vocat: si in hominem tantum, causa rejectæ gratiæ devolvatur. Die meisten meinen / solche verzweifelte wären eben Schuld daran / daß da ihnen von Predigern und andern die Gnade Gottes und das Verdienst Christi angebothen würde / sie solche böshafter weise nicht annehmen wolten. NB. Allein es ist ein Irthum. Denn obwohl die Sünder an ihrer Verwerffung erstlich allein Ursache sind / wegen ihrer Halsstarrigkeit / daß sie nicht kommen wollen / wenn sie Gott ruffet / sondern in ihren gewohnten Sünden fortfahren; so ist hernach die Gerechtigkeit Gottes / die bereits das Urtheil der Verdammniß über solche wieder spenstige gesprochen hat / welche NB. hernach keine Gnade zur Buße mehr giebt / wie ängstiglich solche böshaffte sich euserlich bezeigen. *ib. p. 236.* Ponderet hæc æquus Lector, & pietatem examinet, quæ Deum perditionis humanæ reddit auctorem.

§. VIII.

Qui novam alioquin hypothesin Ecclesiæ obtrudunt, omnes in hos nervos intendere solent, ut confidenter, quod moliantur, adstruant, ac confirmet. At hi novatores no-

Tri, titubanter omnia & sceptice proferunt, ut vel hinc malæ causæ indicium elucescat. Ist mirs gestern nicht gelegen gewesen die göttliche Gnade anzunehmen / da sie GOTT mir anerbotten / so mag's morgen / so zu reden / GOTT auch nicht gelegen seyn / mir außs neue wiederumb die vorige Gnade anzubietben / sondern er läst mich etwa in meiner Verstockung aus gerechten Gerichte. Da mag's wohl seyn / daß GOTT einem ieden in seinen geheimen Rath eine gewisse Zeit gesetzt / wie lang und offte er ihm seine Gnade erzeigen / und auff seine Busse warten / oder ihn endlich in sein Gerichte fallen lassen wolle. *D. Spen. Glaub. Trost P. II. p. 244.* Und mag wohl seyn / daß ie mehr Gnade einem wiederfähret / ie kürzer diese Zeit seyn mag / wo sie nicht in acht genommen wird. *M. B. p. 37.* Es kan geschehen / daß solche Zeit vorbey geht. *p. 44. p. 109.* Ob wir schon nicht eben wissen / wie vielmahl ers thun werde. *p. 54.* Wir wollen und können auch keine unfehlbare Merckmable solcher Leute zeigen / bey denen die Gnaden-Zeit auffhöre. *p. 331.* Tædet omnes scepticæ Theologiæ flosculos exscribere, quales sunt, vielleicht: es ist zu besorgen: es dünckt mich: es ist zu muthmassen *conf. p. 3. 7. 9. 25. 42. 64. 79. 129. 130. 171. 177. 173. 282. 290. 314. 332. 402. &c.* Vir cordatus vel hinc iudicaverit, quæ mataologia hæc sit, & quotuplices labyrinthi, quibus infirmæ conscientiæ implicantur.

§. IX.

Nos itaque ab his *Φαρμακὸς ἀνίσταται* revocat Augustana Confessio, cujus in Theologia longe major, quam Ulpiani cujusdam, esse debet auctoritas. Ac illa quidem, prævia Scriptura, non limites constituit gratiæ divinæ, sed hanc omni vitæ tempore paratam ac obviam esse hominibus lapsis, docet, quotiescunqve eam contrito corde quærant. *De penitentia docent, quod Lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunqve tempore, cum convertuntur. Art. XII.*

XII. Idem apologia repetit, & addita quadam exegesi illustrat: *Lapsis post Baptismum contingere potest remissio peccatorum, quocumque tempore, & quotiescunque convertuntur. p. 161. & Art. Smalcaldici: Hac penitentia in Christianis durat usque ad mortem, quia luctatur cum peccato residuo in carne per totam vitam &c. p. 327.* Quod si hoc fidei vinculum illibatum ac saluum esse vellent Novatores, vel ideo debebant ab his similibusque καυοφωvίας abstinere.

§. X.

Ac I. quidem in limine impingunt, quod summum hoc tremendumque mysterium: de hominis Salute, modo ex conjecturis humanæ rationis dijudicent, quæ tamen in spiritualibus cæca omnino & stolidi est: *1. Cor. II, 14.* modo ex Lege definiant, quæ & ipsa gratiam & salutem nostram ignorat: *Rom. X, 5, 6. Phil. 3, 9.* modo autem certitudinem salutis ex operibus hominum externis præsumant, in quibus dignoscendis vel grandævum aliquando Sacerdotem cespitasse, constat, *1. Sam. 1, 13.* In primis autem observes, quod gratiæ & salutis nostræ causas non ex Evangelio revelato, quippe quod velut securitatis asyllum, parcius tractandum censent; sed ex arcano abstrusoque DEI consilio derivent, & in redubia ad hoc semper provocent: ad quod tamen Divus Apostolus ipse, velut ad *abyssum contremiscit ac pavet*, *Rom. XI, 32.* Singula hæc breviter ac nervose Formula Concordiæ comprehendit, atque instar cynosuræ proponit, in quæstione: *quomodo & unde cognosci possit, quinam sint electi?* Sic autem pergit: *De hac quæstione non judicandum ex rationis nostræ sententia: sed neque ex Lege: neque ex ulla aliqua externa specie. Et cavendum est, ne absconditam & occultissimam abyssum divine predestinationis pervestigare conemur. Quin potius in revelatam DEI voluntatem intueri nos oportet. Et enim certos nos reddidit de mysterio sue voluntatis; idque ex arcano illo consilio suo*

per Christum in lucem produci curavit, ut publice predicaretur. *Eph. 1, 9. 2. Tim. 1, 9. 10.* Vid. p. 804. seq. Quod monitum si penſi habuiſſent Diſſentientes; hos omnes ſcopulos facile erant evitaturi. Sic ergo libri Symbolici, aliquando contemptores ſuos graviffime ulciſcuntur.

§. XI.

Cæterum & illud II. undiquaque obſerves; officium Legis atque Evangelii ab utroque Diſſentientium non diſtingvi. Quæ adeo confuſio, ut plurimos, per omnia ſecula, errores, ſic monſtroſiſſimum hunc terminum ſalutis peperit. Lex enim, uti conſtat, terret, iram operatur, maledictionem item, pœnasque temporales juxta ac æternas homini interminat. Unde etiam *διανομία τῆς θανάτου*, Apoſtolo dicitur *2. Cor. 3, 7.* Et hanc quidem indolem a prima ſtatim promulgatione habuit: ut prævaricatori ſingulis horis ac momentis, gratiam ſalutemque æternam adimat; dicente DEO: *Quocunqve die comedes de arbore vetita, morte morieris. Gen. 2, 17.* Jam illi noſtri gratiæ diviniæ oſores, oracula Legalia coacervant, & quaſi nullum Evangelium promulgatum ſit, aut certe potentiam ſalvandi amiſerit, ex comminatione & fulmine Legis, terminum ſalutis homini figunt. Quod ſi Legis vim exaggerare velint, & ſepoſito Evangelio, de hominis ſalute ferre ſententiam; non erat, cur in adultam ætatem protenderent hunc ſalutis terminum; cum ipſius infantia & cujuſvis juventutis peccata mortem æternam mereantur. *Qui enim peccaverit in uno; τῆς αἰῶνος, leviter ſaltem offenderit, factus eſt omnium reus. Jac. 1, 10.* Et cur ex rigore Legis, non ponunt ſalutis terminum in ipſo conceptionis momento? cum *in iniquitate conceptum, & in primo matris calore peccato ſe inquinatum confiteatur*, Regius Propheta; ideoque *projectum ſe a facie DEI agnoſcit. Pſalm. 51, 7. 13.* Sed negat terminum hujusmodi fatalem Pſalmes, ob
multi-

multitudinem miserationem divinarum v. 3. adeoque in DEO salutis sue ponit refugium, gaudioque salutari reficitur, v. 14. 16. Itaque hoc Evangelii est, ut perennet gratia, in Christo fundata, nec ullo adeo termino, homini pœnitenti salus præcludatur. Invitat enim omnes, qui Legis jugo onerati sunt, & laborant, ut refocillet eos *Matth. 11, 28.* Et potest salvare omnes credentes, at forte saltem illos, qui per vitam bene egerunt? non: *Judeos simul & Græcos i. e. Paganos:* at, o quantos peccatores! *Rom. 1, 16. 23. 24. 25. 26.* Jam, etsi edictum Legis Protoplastis diem assignaverat mortis temporalis & æternæ, tamen Evangelium prorogabat hunc terminum, ut revocaretur profugus, & in *Semine mulieris, Legi subiecto, jus filiationis consequeretur, Genes. 3, 15. Gal. 4, 4.* Ipsaque mors non interitus, sed transitus ad vitam æternam esset. Vicissim; Davidi præco Legis occentabat illud: *Tu es vir mortis:* simul ac vero ille pœnitentiam ageret: *Peccavi Jehova:* illico dicebat hic: *Dominus quoque sustulit peccatum tuum, non morieris 2. Sam. 12, 13.* Ita Lex peccatori gratiam Dei quidem dubiam reddere, at terminum ponere, & illum quidem preemptorium non poterat: nec nisi ἀπερ γραφῆς & ἀπολόγως modus iste loquendi adhibetur: quia gratia DEI περισεύει exuberat, *Rom. V, 20. ὑπερπεπλησυνάζει, supra modum abundat. 1. Tim. 1, 14. opulencia gratia ὑπερβάλλει, supereminet, Eph. 2, 7.* nec ullis proinde finibus terminanda aut circumscribenda est.

§. XII.

Jam igitur III. quod gratiam DEI attinet, concedimus utique, per peccata mortalia & proæretica, & inhabitantem, & justificantem gratiam excuti, totaliterque, ut loquimur, amitti; idque Analogia fidei, plurimis Scripturæ dictis & exemplis confirmat abunde. Sed utrum assistens illa, ut vocatur, gratia, atque adeo omne auxilium gratiosum, homini semel iterumque & sæpius lapsò, ante ipsum vitæ terminum, sub-

subtrahatur, ceu Dissidentes contendunt; illud vero est, quod negamus. Nam, *ecce sto ad ostium, & pulso*, inquit Christus, revocaturus ad pœnitentiam Episcopum Laodicensem, quem, *ut miserum & miserabilem, ut pauperem, cœcum, ac nudum* descripserat, *Apoc. 3, 18. 19. 20.* Sic & Sponsa, aliquando dormiens, de Sponso mystico testatur: *Vox amici mei pulsantis audita est: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, Cant. V, 2.* DEUS ipse, causas damnationis & salutis apud Prophetam edifferens; *Perditio tua ex te, Israel*, inquit: *tantummodo in me auxilium tuum. Hof. 13, 9.* Quasi auxilium gratiæ superesse diceret, tum etiam, cum propria culpa, populus exitium sibi attraxerat. Equidem *assistentis gratiæ* nomen, ex Augustini sententia, quinque hos gratiæ veluti gradus continet: *prævenientem seu incipientem; tum vero præparantem; dehinc operantem; postea excitantem, & denique perficientem.* Quo de B. Hülsemannus in primis ex instituto agit, *Libro de Auxil. Gratiæ p. 42. seq.* Verum cum hujusmodi terminos Ecclesiæ, modo respuant novatores, modo non capiant fatis; præstat vel ipsius Scripturæ oraculis rem declarare. Nimirum hominibus quotiescunque lapsis, dum in Ecclesia, ubi verbum DEI recte prædicatur, & Sacramenta rite administrantur, degunt, adhuc reliquam esse dicimus 1.) gratiam *vocantem*, vel, ut quibusdam dicitur, *revocantem: Ito & clamato verba hæc, & dicito: revertere a versa Israel, dictum Jehova: non enim faciam cadere facies, super vos, meas, (en gratiam DEI prævenientem, in ipso aversionis statu) quoniam misericors ego sum, dictum Jehova, non tenebo iram in æternum. Tantummodo agnosce iniquitatem tuam, quod contra Jehovam DEUM tuum pravaricata sis. Revertimini filii perversi, & sanabo aversiones vestras, Jer. 3, 12. 13. 14. 22. 2.)* Gratiam illuminantem adhuc retinent lapsi, dum ex audito verbo & intellexerunt DEI voluntatem, & quotidie uberius præcipiunt.

Ipsa

Ipsa enim illuminatio, cum gratiosa vocatione, indivulso quodam nexu conjuncta est: *Expergiscere, qui dormis, & surge a mortuis, & illucescet tibi Christus. Epb. V, 14.* Præterea sentiunt in se 3.) gratiam, ex Verbo Legis terrenam, *Act. XXIV, 25, 4.)* conterentem, *Ezech. XI, 19. XXXVI, 26. 5.)* erabentem *Jo. VI, 44. &c.* Quid, quod ipsius gratiæ indicia sat illustria sunt; esse in regno gratiæ *Matth. 21, 43.* audire Verbum gratiæ *Act. XIV, 3.* frui Sacramentis, veluti sigillis gratiæ, *Rom. IV, 11.* consequi annunciationem gratiæ, à Ministerio reconciliationis, *2. Cor. V, 19, 20.* Ecquis igitur præcisam his ipsis dixerit omnem gratiam, quibus tot gratiæ documenta supersunt? quique tam insignibus Dei beneficiis, ad capevandam ulteriorem gratiam, ipsamque adeo salutem, invitantur?

§. XIII.

Sed cum IV. sæpe in Ecclesia, & recte credentium cœtu, reperiantur homines, pœnitentiam differentes, & Spiritui Sancti adeo resistentes, ut excœcentur tandem, & lenitate Dei abusi, penitus indurentur: quin & Spiritum gratiæ contumelia afficiant, *Filium Dei conculcent, & sanguinem Testamenti, ceu rem prophanam, habeant,* velut describuntur atrocissimi illi peccatores in Spiritum S. *Heb. X, 29.* quæstio suboritur: quid de illis statuendum sit? & num his quoque ullam Deus gratiam reliquam esse velit? negant illud novatores ac pernegant. Sed enim vero, Cainitica vox ista erat: *majus esse peccatum, quam ut remitti possit. Gen. IV, 13.* Eandemque refellit Paulus, inquit: *ubi exuberavit peccatum, ibi super exuberavit gratia. Rom. V, 20.* Itaque quod excœcatos illos atque induratos attinet; ab amissione gratiæ, ad peremptoriam exclusionem à gratiæ, non nisi

nisi vitiose colligitur. Etsi enim homo, ad divinas admonitiones, tanquam ad clarissimam lucem oculos claudens, respuat gratiam; ipseque Deus inexpugnabilem malitiam, subtractione gratiæ inhabitantis, justificantis, quin & illuminantis, puniat; tantum tamen abest, ut ab ipso gratiæ throno (θεσόνον τῆς χάριτος) Deo vendicat Apostolus *Heb. IV, 16.*) arceat hos peccatores, penitusque excludat, ut potius ardentius quærat illos, quo longius sese subduxerant. Dulces admodum & plenissimæ solatii sunt Parabolæ, de homine ovem perditam quærente, itemque de muliere, ob perditam drachmam, lucernam accendente, verrente domum, & diligentius quærente, donec inveniat, quod amiserat, *Luc. XV, 3. 8.* Quo ipso murmurantes Phariseos & Scribas compeſcebat Christus, dicentes: *hic peccatores recipit, & cibum capit cum illis ib. v. 2.* Solide hanc difficultatem explicat B. Rappoltus in *Disp. de Impiorum excæcatione*, cum ita differit: *Deum, ne in ipso illo statu ἀπολεία spiritualis, omni gratia excæcatos destruere patet. Irradiat enim eos lumen Evangelii, etiam tum, cum excæcantur; perinde: ut non cessat lumen suum impertire mundo Sol, tametsi sint in mundo, qui oculos ad illud suos claudant. Privatio, ne irradiantur, præsupponit habitum, irradiationis præsentiam. Itaque desertio vel subtractio gratiæ, vel est absoluta, vel hypothetica. Deus hominem se excæcantem atq; indurantem deserit ac privat gratia sua, non absolute, sed hypothetice, si maneat in ista sua excæcatione & obduratione. Quod autem non absolute, ostendit ejus longanimitas & tolerantia, usque ad præstitutum tali peccatori terminum; quam iccirco πλεον, divitias, abundantiam, copiam, thesauro iræ oppositam, signatissimo vocabulo Apostolus appellat. *Rom. II, 4. 5.* Opp. p. 1662. De ultimo autem termino judicii, auctorem loqui, vel inde liquet, quia locum de extremo hominis statu allegat,*

legat, quo patefiet justum Judicium Dei, & unicuique reddetur pro factis suis l. c. Deinde adductis exquisitissimis argumentis, concludit: *absit itaque, ut doceamus, Deum prae se nolle, à semel excœcatis atque induratis, sibi posthac præstari obedientiam, ipsosque cum diabolis exclusos esse ab omni spe gratiæ.* Denique argumentum nectit, & pro conversione excœcatorum possibili, sic concludit: *Quicumque Evangelium, suo tantum, non Dei velamine tectum habens, eoque ipso tempore, quo excœcantur, irradiantur Φῶς καὶ seu lumine Evangelii, illi NB a Deo non privantur gratia præveniente, sed sublato illo velamine (2. Cor. III, 16.) converti ad Deum, salvarique possunt. Atqui infideles; Ergo. Quantum ad peccatum in Spiritum Sanctum spectat, ne illud quidem atrocitas sua facit, ut, quoad peccator in via est, omnis plane commiseratio ac gratia divina, eundem destituat. Dicitur Irremissibile hoc peccatum, B. Gerhardus inquit, 1. Non ob defectum divina gratia, qua semper exuberat supra peccatum. Rom. V, 20. cum sit infinita. 2.) Nec ob defectum meriti Christi, qui pro omnibus peccatis plenissime satisfecit. 3.) Sed ob pertinacem contemptum mediatorum, per que Spiritus Sanctus, ad conversionem & peccati condonationem efficax esse solet, ut si τὸ γινόμενον potius, quam τὸ δυνατὸν exprimat. Diss. Isag. p. 941. Accedit, quod blasphemios in Spiritum S. quales erant Pharisei & Sadducæi, Christus ad pœnitentiam adhuc cohortetur. Matth. 12, 31. conf. cap. 3, 7, 8. Luc. 3, 7, 8. Act. 17, 30. Unde colligunt Auctores, non ἀπὸ νόου omnem peccatoribus istis viam ad pœnitentiam interceptam esse, sed ex hypothesis, in quantum contumaces ejusmodi Apostatæ, Spiritum Gratia contumeliis afficere non cessent. Vid. Rappoltus l. c. p. 1665. Hoc in loco Christus redarguit Judæos, B. Thummus inquit, ex miraculis & concionibus Ch isti de veritate convictos, & nihilominus actum in Spir. S. blasphemios.*

Quaritur autem: an conversio & salus eorum simpliciter fuerit impossibilis? Nos negamus. Impiet. Phot. p. 484. Sic & B. Balduinus: Non quod hujusmodi peccatores nullum omnino ad pœnitentiam habeant aditum; bunc enim partim Calvinianorum, partim Novatianorum errorem toto pectore execramur: Item: Absit hoc & in æternum absit. Vide ejus Disp. XII, in Art. Smalc. §. 58. 65.

§. XIV.

Hactenus de iis, qui intra Ecclesiæ portœria consistunt: de quibus etiam potissimum quæstio movetur. Quoniam vero & ad illos extenditur controversia, qui extra Ecclesiam sunt: poterat quidem huc illud Apostoli referri: *quid ad nos attinet, etiam de his, qui foris sunt, judicare? 1. Cor. 5, 12.* Namq; hæc responsio curiosis & vanis hujusmodi quæstionibus plane satisfacit. Interim tamen, velut *ἐκ τῶν ἁγίων* hic distinguendum censemus, *inter tempus gratiæ; & inter ipsummet regnum gratiæ.* Jam de paganis, & quibuscunque aliis infidelibus, dicendum non est, quod cives regni gratiæ existant, cum hostes potius Christiani nominis, appellandi sint: Interim tamen recte affirmatur, quod in tempore gratiæ adhuc degant. Nemo enim hominum a Messiaë beneficiis, dum vivit, excluditur. Est enim *constitutus in signum populorum, ut eum querant gentes, Es. 41, 10.* Ergo nullo non ætatis tempore quæri & inveniri potest. *Datus est in lucem gentium, ut sit Salus usque ad extremitatem terræ, Es. 49, 6.* Ergo nullibi locorum ad eundem interclusus est accessus. Ac, ne quis fatali quodam termino gentiles putet exclusos ab Ecclesia: *Christus intergerini parietis septum sustulit* ut gratia hæc omnibus ac singulis pateret. *Eph. 2, 14.* Et si proinde tam solenniter & clare non semper revocentur apostatæ, uti posterius Adami, per deletionem omnis carnis; Noachi successores,

cessores, per submerfionem in mari rubro, per retractionem solis atque diei, & alia innumera hujusmodi miracula, excitabantur, adeo, ut teste Scriptura, *omnes populi, sub omni caelo ista perceperunt. Deut. 2, 25.* tamen occultior quaedam *gratia* subinde révocavit illos, nec deserit hodiernum: dum non tantum per naturalem pædagogiam, ad inquirendum verum Deum invitantur, sed etiam $\Phi\theta\gamma\gamma\omega\nu$ & sonum, *per omnes terras diffusum. Rom. 10, 20.* percipiant; qui certe vi sua divina multo efficacius trahit, quam fama de Salomone quondam sparsa. Verum hanc abyssum sapientiæ divinæ, altius, quam par est, scrutari non decet, *Rom. 11, 33.*

§. XV.

Præterea V. non minimum erroris fulcimentum inde est, quod Dissidentes perpetuo confundunt pœnas temporales juxta ac æternas. Et temporales quidem illæ vel *antecedentes* sunt, nec cum ultimo hominis interitu conjunctæ; vel *finales*, ipsamque æterni supplicii irrogationem simul involvunt. Sic Deus aliquando terminum pœnarum impiis præfigit, qui tamen non prohibet, quo minus Deum implorare, & precibus expiare præsentem calamitatem, (utut frustra) soleant. *Prov. 1, 20, 32. Hiob. 27, 9, 10. Mich. 3, 4. Zach. 7, 11. Jerem. 7, 16, 11, 11, 14, 11, 15, 1, 6.* Sed tantum abest, ut dies hic afflictionis, terminus salutis *peremptorius*, ut potius *invitatorius* ad agnitionem peccati, & agendam pœnitentiam, dici rectius mereatur. Nec quicquam proinde ad rem faciunt, loca, quæ in speciem, tam operosæ probationis, hic cumulantur. *cap. 6, 7, 8, 9.* Nam pleraque omnia de *castigationibus* & *pœnis divinis* loquuntur, quibus, ceu *verbis*, ut ita dicam, *realibus* admonentur impii, ut *ἀποτροπίας* juxta ac *ὑπερόδους* Dei observent, & pœnas æternas evitare discant. Ecquis vero

vero ab irrogatione pœnarum, mortem hominis antecedentium, colligere aufit, ad perpetuam exclusionem à salute ipsa? quippe quæ pœna æterna est, adeoque hominis mortem demum insequitur. *Ebr. 9, 27.* Vicissim cum admoniti, sæpe non resipiscant impii, sed peccata peccatis augeant; *finale*q; & ultimam Dei vindictam sibi attrahant; tandem metrum veluti peccatorum definit Deus, & *terminum salutis* decernit, sed quem illum? *ultimum* certe & *finale*, per quem demum fit, ut peccatores omni spe gratiæ æternum excidant *Luc. 17, 26.* Ita Deus *mundo ante diluviano, Judæis, Cananitis, Nimivitis,* aliisque, ultimam deletionem ac stragem denunciavit. At sub ipsis iræ cataractis, illustres gratiæ suæ radios adhuc sparsit: dum pluviis per 40. dies immixtis, conversionis adhuc spatium impiis indulgit, id quod Chryostomus, Lutherus, Osiander, aliique observant. *Vid. Calov. Comment. in Genes. p. 678.* De Cananitis autem præclare Sapiens differit: *His etiam tanquam hominibus pepercisti,* inquit, *misisti que præcursores exercitus tui, velut crabrones, ut eos lente exterminarent. Paulatim vero puniendo, dabas locum pœnitentiæ; non ignorans, quod prava esset ipsorum generatio, & insita malitia eorum, & quod non mutatura esset se cogitatio eorum in seculum &c. Sap. 12, 1. seqq.* Jam manifesta hæc *δυσλογία* est: Deus finaliter impœnitentibus terminum exitii æterni decrevit; Ergo quoque terminum hujusmodi ante finem vitæ incredulis constituit, quo ipsos a gratia & salute perpetuo excludat? Quin potius pro nostra sententia hæc militant exempla, & fortius ita stringunt: Si terminum exitii Deus totius mundi peccatoribus prænuñciavit, & usque ad ultimum vitæ halitum pœnitentiæ spatium indulgit; conficitur sane, omnibus omnino hominibus, tempus conversionis & salutis ad ultimam

ultimam mortis horam prorogari. Jam vero ex allegatis exemplis evictum est prius, ergo & consequitur posterius.

§. XVI.

Quibus in hunc modum confectis, illud VI. sedulo monendam, ne quis hac assertionem nostram quoddam securitatis asyllum adornari putet, ad quod se recipiant contumaces, ubi ad agendum pœnitentiam impelluntur. Nam 1.) Διλονία τῆς πνευματικῆς non minus legis severitatē, quam Evangelii dulcedinem, exposcit: ne mentibus securis per omissionem officii Legalis frigida suffundatur: pavidis autem, vel dubitationis vel desperationis somenta suppedirentur. 2.) Dilationem pœnitentiæ, nemo bonus non detestatur, quippe quod Deus hominem privare usu rationis, ex vivis eripere, & innumeris casibus τὸ *Hodie* *Pf. 95, 6.* finire, adeoque in præsentissimum animæ periculum conjicere potest: *Quis vobis monstravit, fugere a ventura ira? jam enim securis ad radicem arboris posita est; facite ergo fructum dignum pœnitentia. Matth. 3, 7.* 3.) denique multos esse impœnitentes, qui subinde deteriores fiant, & ad finem usque vitæ sub ira Dei maneant; iterum a nobis minime negatur: sed an his ad pœnitentiam, sic intercerpta sit via, ut per decretum judiciale Deus nolit ipsis conversionis gratiam restituere, id in præsentem disceptatur. Quæstio itaque, ut rem paucis complectar, huc redit: *An peccatori, dum vivit, ad Salutem pateat, per pœnitentiam aditus; vel potius termino quodam peremptorio longe ante obitum hinc excludatur?* Affirmamus quæsitum prius; posterius vero, ut heterodoxum ac damnabile repudiamus.

SECTIO II.

§. I.

EXplicatis iis, quæ ad statum controversiæ pertinebant, de
i. sis

ipsis causæ nostræ præfidiis circumspiciendum est, Ac initio quidem Harmoniam ostendere juvat, quæ huic sententiæ cum Hæreticis & Schismaticis, priorum temporum, intercedit; ut adeo, vel ex toties repetito Ecclesiæ consensu, orthodoxam hanc fidem esse, & omni tempore assertam, demonstramus.

§. II.

Ac I. quidem *Novatianismum* involvit hæc illorum assertio, jam olim ab Orientali æque ac Occidentali Ecclesia profligatum, & denuo *Art. XII. A. C.* rejectum. De Novatiano sic scribit Cyprianus: *Ille post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam Catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conatur Ecclesiam facere, & per plurimas civitates, novos Apostolos suos mittit, ut quadam recentia institutionis suæ fundamenta constituat; cumq; jam pridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint Episcopi, in ætate antiqui, infide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti: ille super hos, creare alios Pseudo Episcopos audet, quasi possit aut totum orbem novi conatus observatione peragrare, aut Ecclesiastici corporis compaginem, discordia suæ seminatione, rescindere. Lib. IV. Ep. 2. Opp. p. 117.* Jam ipsamet dogmata conferamus. Dissidentes semel iterumque lapsis gratiæ & misericordiæ spem denegant, ut constitit *Secl. I. §. 5. 6.* Idem vero ipsum Novatiani, & palmarium quidem dogma erat: quod velex inscriptione libri, quem Cyprianus eidem opposuit *Lapsis spem veniæ non esse denegandam, elucescit. Vid. Opp. p. 500.* Sic autem in eodem tractatu pergit: *Novatianus non tantum, sicut Sacerdos vel Levites, jacentem vulneratum præterit, sed ingeniosa ac nova crudelitate sauciatum potius occidit, adimento spem salutis, (quasi terminum peremptorium dixerit) denegando misericordiam Patris, respuendo penitentiam fratris. Ibid. p. 501. Tu, Novatione, nullam*

nullam spem pacis ac misericordia habere lapsos, *prædicas. Ibid.*
p. 506. Unde misericordia hostis, & interfector pœnitentia ei-
dem dicitur. ep. 1. p. 2. Porro nostri illi tradunt, lapsos ne
quidem posse recipi in gratiam & converti. vid. §. VI.
 Gemina plane refert Epiphanius de Novato: (hunc enim
 distinguunt Autores a Novatiano) *μετὰ τὸ λουτρὸν μηκέτι*
δύνασθαι ἐλεῖσθαι παραπεπληγότες: i. e. Post Baptismum, Lapsos
non amplius posse misericordiam consequi. Heres. LIX. p. 493.
 Ulterius: Nostri tantum ea urgent, quæ Lex de exitio
 Salutis minuitur; & quod Evangelium de Gratia & Salu-
 te promittit, prætereunt; ut supra patuit. Atque hoc
 ipsum in Novatiano damnat Cyprianus: *Quanam est tua,*
Novatiane, dementia, ut illa, quæ ad exitium salutis pertinent,
tantum legas, & quæ ad misericordiam, prætercas? Opp. p. 504.
 Sed discrimen aliquod exquisiturus Auctor Tr. *Se, inquit,*
non de omnibus perinde, ut Novatiani, sed de quibusdam saltem,
& illis quidem Procreticis & præfractariis peccatoribus, suam
assertam velle hypothesein. p. 272. At cur in hoc dissentit a Ma-
 gistro suo, qui de Lapsis generatim pronuntiat: Ich hal-
 te davor / daß die Busse der Gefallenen bey einem Men-
 schen so gar oft nicht wiederholet werde. It. Schlagen wir
 die Bewegung des H. Geistes einmahl aus / sind wir nicht
 gewiß / ob er ein ander mahl wieder kommen / und uns an-
 wehen werde. *ut supra. Eadem objectio Novatianorum*
erat: Sed ajunt, inquit Ambros. se, exceptis gravioribus cri-
minibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem Autor ve-
stri erroris Novatianus ait; qui nemini pœnitentiam dandam pu-
tavit. In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia,
qui distinctionem peccatorum facitis, qua solvenda a vobis pute-
tis, & qua sine remedio esse arbitremini; sed NB. Deus distinc-tio-
nem non facit, qui misericordiam suam promissit omnibus, & re-
laxandi licentiam Sacerdotibus, sine ulla exceptione, concessit.
 D Ambro-

Ambrosius *Lib. 1. de Pœnit. cap. 2. T. 1. Opp. p. 153. edit. Basil.*

§. III.

Deinde Novatorum hypothesis ipsum Photinianismum reducit in Ecclesiam. Omnia invicem congruunt exacte. Novatores remissionem peccatorum denegant lapsis, etiamsi peccata deplorent, *vid. supra: §. VI.* Sed idem Smaltzii, Socinianorum primicerii, commentum est: *fi: i potest, inquit, ut pœnitentiam aliquis serio agit, hoc est, peccata serio deploret, & tamen remissionem peccatorum non reperiat* apud Franzium, in *Vindiciis, Disp. X. Sect. 4. num. 40.* Nostri inquam: indurationem ipsius Dei obstare, quo minus peccator possit resipiscere: *Vid. §. VII.* Idem Smaltcius ante illos docuit: *Deum nonnullos ita obdurare, ut non possent resipiscere, vel ad se converti:* apud Franz. *l. c. n. 56.* Novatores id perpetuo obtendunt, hoc illo de gratia præconio, viam hominibus aperiri ad securitatem. Sed in eodem quoque accusantur Ecclesiæ nostræ a Photinianis: *Quod doctrina nostra de remissione peccatorum, præsertim iteratorum, portam aperiat, ut homines fiant hypocrita & mali:* apud Franz. *l. c. sect. III. §. 18.* Conf. B. Scherz. *Coll. Anti-Soc. p. 792.* Plura in præsentibus cumulare non libet.

§. IV.

Porro III. ipsa hæc assertio *Reformatorum* est, & omnium illorum, qui absoluto decreto patrocinantur. Non quidem allegabo veteres illos, a quibus ipsi discedunt Successores; sed unum alterumque heterodoxiæ specimen ex recentioribus excerpam, unde suo quisque iudicio; de Harmonia utriusque sententiæ facile iudicaverit. Sic Ludovicus de Dieu, & Melchior Leydeckerus inquam *Deus ab æterno ex lapsis hominibus quosdam absoluto decreto reprobat: i. e. ad damnationem posuit,* (en quam aperte

aperte absolutum illud decretum defendant) quia multis negat Deus media Salutis: Ergo & salutem, Ut 1.) Verbum suum, Ps. 147, 20. Act. 16, 2. (2) cognitionem Mysteriorum, Matth. 11, 25. 13, 11. (3) Eisdem, Job. 19, 26, 2. Tbess. 3, 2. (4) Preces Christi, Job. 17, 9. in Apb. Theol. p. 43. Ita, ex denegatione gratiæ divinæ, colligunt Reformari absolutum decretum. Jam, quia etiam Novatores nostri Deo hujusmodi gratiæ denegationem affingunt, & quidem per terminum quendam peremptorium; judicent cordati: annon absolutum decretum, novo quodam præsidio, fulciant, ut ut illud videantur negare velle; Sed adeo non negant, quin aliquando satisclare id affirmant. Nam auctor Tr. sigillat, ac rejicit Nostratum thesin, qua statuunt; Reprobationem acquiescere, non in absoluto Dei decreto, sed in prævisa finali excussione gratiæ, & incredulitate ad finem usq. vitæ. p. 165, 313. Nunquid hinc patrociniū absoluti decreti non cognoscas? Distinguunt Reformati inter vocationem externam atque internam: & illam quidem inutilem ad salutem, sine hac, esse dicunt; neque tamen hanc ipsam Deum omnibus in tempore indulgere. Data etiam universalitati vocationis externæ, siue verbalis etiam, per ultionem $\sigma\upsilon\chi\chi\alpha\sigma\tau\omega$, ne sic quidem sufficientis gratiæ universalitas concludi potest, quum vocatio externa inutilis sit ad salutem, sine persuadente, jubens, sine trahente, oblativa gratiæ, sine collativa: quum sine flexa anima & verticordia vi, sine tractu Patris, nemo possit venire ad Christum, Job. VI, 44. quem tamen tractum, NB. nec indulget Deus omnibus in tempore, nec indulgere ab æterno decrevit. Spanhemius disp. de gratiâ universali p. 57. Plura hujusmodi vide im Gründl. Beweis Facult. Theol. Witzb. p. 440. seqq. Sed, en Harmoniam, haud ita obscuram. Des HErrn Stimme kan einst aufhören/ ob schon noch äusserlich geprediget wird/ weil keine innerliche

innerliche Bewegung noch rechter Eindruck ins Herze mehr ist. *M. B. p. 47. it.* Ob (ein Verstockter) auch noch länger lebt / und bey dem Gehör Göttliches Worts äußerlich bleibt / ist dennoch das innerliche Ohr des Herzens zugeschliffen / daß er nicht mehr hören noch befehrt werden kann. *Tr. p. 50. 51. conf. p. 119. 256.* Porro illi gratiam Particularem asserunt & pro ea contra Amyraldistas contendunt: *Deus domum Israelis vocavit ad resipiscentiam & vitam, innumeros non vocavit, nec sic fecit ulli genti; Ergo Propositum universale non habuit omnium & singulorum miserendi. Qui enim intendit finem, media etiam adhibet ad finem illum attingendum opportuna, vel necessaria saltem. Ad negationem illius gratia secuta fuit ignorantia iurium Dei, idq; necessario, ideoque iura ista non noverunt. Psal. CXLVII, 20. Si dicatur: saltem Deum vocatorum omnium, quos alloquitur per Prophetam, resipiscentiam velle, & vitam, adeoque non electorum tantum, concidit denuo propositum universale miserendi, & illud restringendum erit ad vocatos, non extendendum ad omnes & singulos homines, adeoque particulare erit, non universale.* Spanhemius *Exercit. p. 128. 129.* Adeandem Particularitatem gratiæ *Finitores* nostri, nolint velint, relabuntur, conferantur saltem & expendantur superius allegata. De voluntate Dei non seria, pergit Spanhemius: *Supponitur gratis: omnes, qui audiunt verbum, invitari statim ad salutem; ibid. p. 365. Multis predicatur Evangelium quibus tamen gratia Christi non offertur. ib. p. 375.* In eundem sensum, noster, quin & aliquando durius loquitur. Vide *p. 113. 148. 288.* Hoc enim per omnia ipsi solenne est, ut Calvinianorum Doctorum Tossani, Bullingeri, Pezelii, Drelincurtii, aliorumque sententias deprædicet, nostratium dicta vel refutet, vel insuper habeat.

S. V.

Præterea IV. etiam fermentum *Stengerianum* nobis denuo ista hypothesis objicit. Jam pridem enim est, cum Joh. Melchior Stengerus, Diaconus Erfurtensis, semel iterumque lapsis spem salutis, simili quodam conatu, dubiam fecit. Nam & hic statuebat, de sero pœnitentibus, quod gratiam Dei quidem in agone mortis consequi possint, sed non nisi *extraordinariam illam, raram, & insolitam, nec in verbo Dei promissam.* Ut ut ergo mitior aliquanto hæc assertio fuerit, quam Pietistarum illa; tamen a Collegiis Academicis, *Lipsiensi, Wittenbergensi, Jenensi, Giessensi,* quin & a Ministeriis celeberrimis: *Ratisbonensi, Augustano, Ulmensi, Hamburgensi, Luneburgensi, Coburgensi, &c.* laudabili zelo discussa, unanimique omnium consensu profligata est. Quorum adeo consilia, si denuo a nobis efflagitentur; (plerique enim huius rei testes adhuc superant) dubium non est, quin pari constantia fidei, pro orthodoxa causa sint pronunciaturo. Præclare autem de Ecclesia meritus est CL. Hartnaccius, qui solidissima hæc Responsa diligenter collegit, ac peculiari libro edidit, nec non doctissimis scriptis ipse fanaticum hoc *βόσλυμα* oppugnavit. Unius autem Ministerii Francofurtensis cum obstaret consilium, auctore D. Spenero pro Stengeri causa editum, dignum se vindice, hunc nodum censuit B. D. Musæus, Theologus a Judicii acumine celebratus; ac proinde spisso Tractatu, qui inscribitur: **Gründlicher und ausführlicher Bericht von der Busse/ & Stengerianum hunc errorem confutavit, & simul** *Πλαγία* Spenerianas discussit. Quod certe vel ideo reticendum non fuit, ut intelligeret Ecclesia, nihil novi hic venditari, aut quoddam majoris illuminationis specimen produci, ceu Mimus ille noster insolentius jactitat, sed

veterem recantari cantilenam, & fordes ex Ecclesia pridem extrusas, novo saltem integumento, ad fallendos simplices, exornari.

§. VI.

Verum de his satis, & forte plus quam satis. Nunc igitur ad ea Scripturæ oracula properandum, quæ orthodoxam sententiam plenius adstruant ac confirment. Nam præclare Ambrosius contra Navatianos observat: *Verbum Dei gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur injuriam: Quod est miserationis, exaggerat, quod ultionis, extenuat. Lib. 1. Pœn. c. 11. p. 153.* Ex tanto igitur gratiæ divini thesauro, unum atque alterum velut talentum deperire libet. Ac I. quidem urgemus classicum illud Prophetæ oraculum: *Quando impius adversus fuerit ab omnibus peccatis suis, quæ fecerat, & custodiverit omnia statuta mea feceritque judicium & justitiam; vivendo vivet, non morietur. Omnes prevaricationes quas fecit, non in recordationem venient illi; in justitia, quam operatus est, vivet. Num volendo volo mortem impii: dictum Adonai Jehovi: nonne, ut convertatur a viis suis & vivat. Ezech. XVIII, 21. 22. 23. cap. XXXIII, 11.* Ubi observes 1.) Dei convertentis ardentissimum desiderium: id quod declarat α) triplici interrogatione: *num volendo volo mortem impii? nonne ut convertatur a viis suis? quare moriemini, o domus Israel? vers. 31.* quæ proinde fortius negant, & a Deo remonent omnem causalitatem perditionis humanæ, sensumque hunc categoricum reddunt: *Non volo mortem morientis. v. 32.* β) sanctissima religione juramenti: אֲנִי יְהוָה *vivus ego: q. d. quam verum est, quod vivo, tam certum quoque, quod nolo mortem impii: cum enim non possit per majorem quenquam jurare; jurat per se ipsum, dicente Apostolo. Hebr. VII, 13. γ) formula asseverationis solenni: אֲדֹנָי יְהוִהוּ *dictum Adonai**

Adonai Jehovi. b. t. & alibi. 3) feria denique cohortatione: convertimini ergo, convertimini ab omnibus prevaricationibus vestris. v. 30. Unde fluit argumentum: Quicumque conversionem peccatoris tanto desiderio anhelat, ut illud triplici interrogatione, ipsaq; religione juramenti, formula asseverationis solenni ac ætæque feria cohortatione confirmet; illius gratia in convertendo peccatore, dum peccator in via est, nullo termino peremptorio desiniri potest. Atqui DEUS &c. Ergo. II. Observes subjectum convertendum. Quod h. l. quivis impius est, quocumque peccati genere notatus: quandoquidem omnibus illis vocibus describitur, quibus minima maxima peccata, in S. literis exprimentur; ut: חטא v. 4. 14. 20. 21. עול v. 8. תועבה v. 13. עון v. 19. 20. רשע v. 20. 23. פשע v. 24. מעיב. Namque inter hæc peccata erant: idololatria adulterium, oppressi pauperum, rapinæ, cædes, &c. adeo ut de remittendis illis Israelitæ dubitarent, gratiamque præclusam dicerent: peccata nostra super nobis sunt, & in iis nos contabescimus, quomodo ergo vivimus? c. XXXIII, 10. Sed his nihil obstantibus, a) Deus per Prophetam illis gratia conversionis annunciari curat. Dic tamen ad eos: Nolo mortem impij, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat: convertimini ergo, convertimini. v. 11. 3) gratiam Justificationis adhuc paratam esse testatur: omnes prevaricationes non venient in recordationem. v. 22. 7) & quidem eo usque offert: donec in peccatis moriantur, v. 24. Est autem mori in peccatis, stilo scripturæ nihil aliud, quam morte temporali & æterna perire. Sic de Saule: mortuus est במעיב in prevaricatione sua. 1. Paral. X, 13. Et de hypocrita Deus inquit: in perversitate sua, quam fecit, morietur. Ezech. XXXIII, 13. Conf. Prov. X, 21. Hinc iterum concludimus: Quibuscumque Deus & gratiam Conversionis, & Gratiam Justificationis u. g. ad ipsum mortis tempo-

temporalis & aeterna momentum offert, illos ab aditu gratiae, quoad vivunt, minime excludit. Atqui Peccatoribus, quancunque flagitii reis, ut Idololatriis, adulteris, raptoribus &c. Deus gratiam Conversionis & Justificationis usq. ad ipsum mortis temporalis & aeterna momentum offert, Ergo. Vel brevius ita: Quicunque ad poenitentiam a Deo invitantur, illis janua gratiae non est praclusa: Atqui omnes, etiam atrocissimi peccatores, Ergo. Observes III. tempus gratiae, ante mortem, indefinitum. Id quod ostendit a) Particula ׀, quae tamen aliquando conditionalem significationem admittat; tamen, cum hoc loco communitaria sit, & praeterea, per ב cum Infinitivo junctum, בשׁוּב, in convertendo, saepius commutetur v. 24. 26. 27. itemque per בׁוּב in die c. XXXIII, 12. sensum haud alium inferre potest, quam hunc: quando, vel quocunque tempore impius recesserit a peccatis, eo ipso vivendo vivet & non morietur v. 21. 27. Vide Hakspan, in Not. Philol. P. 2. p. 829. 6) Tempus gratiae eo usque durat, donec finitur morte aeterna. Ideoque Deus peccatoris conversionem tam diu vult, quam diu non insequitur mors aeterna: Nolo mortem peccatoris v. 32. scilicet aeternam, quia per poenitentiam & conversionem non effugimus mortem temporalem, sed utique aeternam. Itaq. denuo argumentamur: Qui, quocunque convertuntur, vivendo vivent & non morientur, illis per totum vitae spatium aditus ad gratiam & salutem patet: Atqui impii & malitiosi peccatores quocunque convertuntur &c. Ergo. Denique & hunc in modum colligimus: Quicunque non vult mortem peccatoris aeternam, ille peccatori usq. ad mortem aeternam spatium conversionis gratiosa largitur: Atqui Deus Ergo. Equidem Grotius hunc locum non ob stare putat, quin sit apud Deum limes aliquis misericordiae. Sed & hunc gratiae Evangelicae hostem graviter redarguit B. Calo.

Calovius; De Limite misericordie Dei, nihil in scripturis: (audi iudicium Summi, & in Scripturis versatissimi Theologi) qua undiquaq; misericordiam Dei summam, nullumq; finem habentem depradicant; nusquam limes ei figitur, sed vocem Dei nos gratiose vocitantis audire jubemur, cujus finis est nostra gratiofa conversio. Adhortamini vosmet ipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Pharaon excitatus viva voce & miraculis ad pœnitentiam fuit. NB. ad extremum vitæ terminum. Nam etiam tunc, ubi transire per mare rubrum sicco pede videbat Israelitas, NB. adhuc tempus erat, ad sanio rem mentem redeundi, a persecutione eorum desistendi, & contra Deum belligerandi. Neq; Cananai, absoluto aliquo decreto, a misericordia exclusi erant, quin potuerint visis & auditis miraculis sese humiliare, & gratiam consequi, quod exemplo Rahabi & Gibeonitarum constat. Bibl. Illustr. ad h. l. p. 527.

§. VIII.

Secundo, oraculum Apostolicum pro orthodoxa causa maxime militat: An divitias bonitatis Dei & tolerantia lenitatisque contemnis, ignorans, quod bonitas Dei ad pœnitentiam te invitat? Rom. II, 4. Apostolus I, compellat, Gentiles æque ac Judæos; id quod tum σὺνέχεια, cum præcedente capite v. 14. 15. seq. tum generalis appellatio: o homo, v. 1. b. cap. ut & distributio in Judæos & Gentes v. 9. 10. ad oculum ostendunt. Illi scelerum convicti erant; hi autem nihilo sanctiores, condemnabant ceteros, & ideo duplo erant pejores. Nam gloriabantur de Lege: & tamen per legis transgressionem Deum offendeabant. v. 23. Inter Gentiles erant: Idololatræ, injusti, scortatores, incestuosi, dolosi, avari, obrectatores, Dei osores, quin & traditi in sensum reprobum, ac digni morte æterna, c. 1. 2. 4. 25.

E

seqq.

seqq. Inter Judæos vero: qui docebant alios, seipfos non docebant, qui predicabant non furandum, & furabantur ipsi: dicebant, non adulterandum, & adulterium committebant, cap. 11, 20, *seqq.* Ecquis, his ipsis per hypothesin fanaticam, non terminum gratiæ & salutis decrivisset? & tamen obvias habebant divitias bonitatis, tolerantia & lenitatis divine: & tamen a bonitate Dei ad pœnitentiam invitabantur. *b. t.* Nam ex Gentilibus Apostolus dicit, ablutos sanctificatos & iustificatos fuisse per nomen Domini JESU, qui antea fuerant scortatores, idololatra, molles, ebriosi &c. 1. Cor. VI, 10. 11. Ex Judæis vero non minor multitudo ad Christum conversa fuit: vides frater, quot millia sint Judæorum, qui crediderunt. Act. XXI, 20. Ne vero a scopo recedere videar, summatim hæc connecto: Quoscungq; Deus voce Apostolica compellat, & ad amplectendas divitias bonitatis, tolerantia & lenitatis adhuc invitat, illos ab aditu gratiæ & salutis, termino peremptorio minime exclusit; Atqui, non lapsos tantum Judæos, sed & Gentiles, & illos quidem peccatores maxime enormes, Deus, Apostolica voce compellat &c. E. II. amplitudinem & abundantiam gratiæ conceptissimis verbis celebrat, eamque πλεον vocat τῆς χρισότης & Θεῶ, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, & denique τὸ χρισόν. Neque verò hæc confusam farraginem indicant, sed cumulum pulcre ordinatum. Nam χρισότης se exerit in conferendis bonis, quibus Deus nos mactat: ἀνοχὴ inferendis peccatoribus, quos tolerat; μακροθυμία in instigendis pœnis, quas differt. Singula hæc συλληθὸν quasi copulat, & τὸ χρισόν appellat, s. beneficium, Servatoris merito partum: in quo cum ipsa Dei Patris χρισότης fundata fit, minime otiosa, aut simulatoria hæc putari debet, in procuranda hominum salute, sed maxime negotiosa ac se-

ac feria; ideoque εἰς μετάνοιαν ἄγει, ad pœnitentiam ducit. Nimirum, per Legem cor pulsat & conterit, unde con-
 ritio: per Evangelium reficit ac solatur, unde fides: quæ adeo pœnitentiam constituunt. Itaque hæc lon-
 ganimitas Dei non tantum dilationem pœne & quandam ἀρησιν, sed operationem gratia; adeoque τελείωσιν & influ-
 xum realem infert. Nam α) vox ἄγειν operationem & assistentiam evincit, non violentam quidem, sed gra-
 tiosam & mediis divinis congruam; imo plus quam vo-
 care notat, conf. Rom. 8, 14. Gal. 5, 18. 1. Cor. 12, 21, β) parti-
 cula εἰς, terminum actionis gratiosæ arguit, ducentis εἰς μετάνοιαν. Sic Deus custodit nos εἰς σωτηρίαν 1. Petr. 1, 3.
 & μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, longanimus est in nos, 2. Petr. 3, 9. Ideo-
 que hanc μακροθυμίαν, & longanimitatem Domini, perinde ac salutem ipsam aestimare, nos jubet Petrus l. c. vers. 25.
 1. Tim. 1, 16. Sed γ) quo usque circa hominis salutem ope-
 ratur illa? respondet textus: usque ad iudicium homi-
 nis ultimum, quo unicuique Deus pro factis sit redditurus; obe-
 dientibus quippe gloriam & vitam aternam; refractariis indignationem & iram. v. 5. 6. 7. 8. Atque hoc, nervosa
 oppositione, θησαυρίζω collectionem ira, vocat: nec id Deo
 adscribit, sed homini ipsi: juxta duritiam tuam, & cor im-
 pœnitens colligis σκάνδαλον tibi ipsi iram in die ira, quo patebit ju-
 stum iudicium Dei, v. 5. Itaque sic argumentamur: Cu-
 juscunque longanimitas tam ampla & adundans est, ut circa
 contumacissimos etiam peccatores convertendos, gratiose occu-
 petur, & usq. ad ultimum hominis iudicium operosa sit; illa
 minime vel liganda, vel termino quodam fatali perimenda est.
 Atqui Dei longanimitas tanta est &c. Ergo. Qui contra-
 rium asseruerit, hostis erit misericordiæ, peremptor pœ-
 nitentiæ, & ut verbo dicam: Novatianus.

§. IX.

Constanter autem III. ad universalitatem Misericordiae provocamus; qua invitantur omnes ad amplectendam ubertatem gratiae, in Servatore paratae. *Heus, omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite &c. Esa. LV, 1.* Deus omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire. *1. Tim. II, 4.* *Patiens est Deus erga nos: dum non vult ullos perire, sed omnes ad poenitentiam recipere, 2. Petr. III, 9.* Ex quibus, & similibus oraculis fundamentum salutis catholicum hoc constituitur: Deum a) omnes homines, b) omni vita tempore, c) omni terrarum loco, velle salvos fieri, & d) ordinatis mediis ad agnitionem veritatis pervenire. Primum & ultimum loca modo adducta evidenter probant. Cetera vero, peræque manifesta sunt: *Nam, Deus explendis manus suas toto die (i. e. toto vitæ tempore, seu, quo usque in via ambulat) ad populum rebellem, qui ambulat in via non bona Es. LXV, 2.* *Misericordia Dei non finita sunt, nec consumpta miserationes ejus, sed nova sunt omni mane, Tbren. III, 22, 23, conf. Mattb. XX, 8.* E. per omne spatium vitæ. *Deus annunciat hominibus, ut omnes, πανταχῶ ubiq; respiciant. Act. XVII, 30.* E per omnem terrarum orbem. Jam si fingas, Deum nec omni vita tempore, nec omni terrarum loco, salvos velle homines, sed termino quodam ætatis definire illorum conversionem & salutem; corruet sane fundamentum salutis, & perinde labefactabitur, ac universalitas *Subjectorum* infringitur assertione absoluti decreti. Nam sic nemo concipere fidem poterit ex propositione universali; cum magna, ne dicam maxima hominum pars, circa finem vitæ demum serio de peccatis doleat; Sic nemo vel Gentilium vel Judæorum, ac ne ipse quidem

quidem Paulus de impetrata misericordia poterat esse securus: quia juxta cum aliis Gentilibus & Judæis fuit *blasphemus, & persecutor, & violentus*. Sed misericordiæ & longanimitati semper patulæ, id tribuit: *Verum ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostenderet Jesus Christus πᾶσαν μακροθυμίαν, ad sistendum exemplar iis, qui deinde credituri sunt in ipsum ad vitam æternam. 1. Tim. 1, 13, 16.* Sic frustra militem in acie constitutum, frustra tentatum, frustra datum ad supplicia, soleris, ac Verbo Evangelii erigas: quia regerent omnes: elapsum esse gratiæ terminum, actum de salute sua esse & conclamatum. Sed o barbaram & horrendam doctrinam, quæ hominem in barathrum æterni exitii agit præcipitem!

§. X.

Frustra etiam IV. Ministerium sacrum, lapsos ad pœnitentiam cohortatur: cur? quia in amplissimo auditorum cœtu, ne unus quidem futurus est, qui semel iterumque & sæpius lapsus se non fateatur, vel certe fateri debeat: *peccata quis intelligit? Psal. XIX, 13.* Jam per hypothefin fanaticam, termino peremptorio exclusos a Dei gratia dixerimus omnes: Nec Legis adeo nec Evangelii vistanta fuerit, ut converti amplius queant. Ac proinde frustra Paulus Corinthios alloquitur: *Deo obsecrante per nos, rogamus pro Christo: reconciliemini Deo. 2. Cor. V, 20.* Cum tamen inter hos conspiceret mœchum enormem, quem ipsum sigillatim in gratiam receptum volebat. *cap. VII, 8, 9. Vid. Cyp. Lib. IV, Ep. 2, p. 118.*

§. XI.

Præterea V. ipsum salutis centrum, h. e. Meritum Christi, hæc ferit assertio. Scribit Joannes: *Filioli mei ne peccetis: Sic Legem tractat etiam apud regegnos, ceu*

filiolos suos : at si quis tamen peccat ; advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum , justum : Sic Evangelium inculcat , quippe quod etiam post terminum preemptorium , adhuc advocatum admittit , qui causam peccatoris peroret . Itaque si fero pœnitentes dicant : *ipse est propitiatio pro peccatis nostris* : respondet illud for gratiæ : *Das Verdienst und Fürbitte Christi soll aller solcher Leute Nothnagel seyn .* Sin pergant contriti corde ; *ipse est propitiatio , non pro nostris tantum , sed etiam pro totius mundi peccatis* : iterum prosternit hanc fiduciam Sectarius : *Es ist mit dem Sünder dahin kommen / daß ihm nicht mehr zu helfen stehet .* Contendit Apostolus *quis ille , qui condemnet ? Christus est , qui mortuus est , qui , & suscitatus est , qui & sedet , ad dextram Dei , & interpellat pro nobis . Rom. VIII, 32. 33 .* Sed respondat Antesignanus : *Christus bittet nicht mehr weiter vor einen solchen : nachdem Christi Fürbitte aus ist / hilfft keine andere mehr . Pro quibus ergo Christus interpellat Ambrosii verba sunt , eos Novatianus accusat : quos Christus ad salutem redimit , eos Novatianus damnat ad mortem . Quibus Christus dicit : tollite jugum meum super vos , & discite a me , quia mitis sum ; Novationus dicit : immitis sum . Quibus Christus dicit : invenietis requiem animabus vestris , jugum meum suave est , & onus meum leve ; his grave onus & durum imponit jugum Novatianus Lib. 1. de Pœnit. c. II. p. 154 .*

§. XII.

Denique VI. tollitur discrimen inter peccatores dum in via sunt , & inter ipsos mat damnatos atque diabolos . Hi enim sunt exclusi ab omni spe gratiæ : his demum interceptus est ad misericordiam reditus . 2. Petr. II, 4. Luc. XVI, 26. Illis vero adhuc pœnitentiæ spatium indulgetur

getur usque ad mortem : ut ne quinque fratribus quidem denegetur : *habent Moſen & Propbetas, audiant illos, ibid.* Sic cœlum cum inferno, & gratiam cum æterna ignominia confundunt.

§. XIII.

Jam sub examen revocanda erant, Scripturæ loca, quæ magno conatu depravata & in sequiorem sententiam detorta sunt. Et fateor animum fuisse, singulari Sectione hanc telam pertexere. Sed negotium ingressus, mutavi animum, cum operæ istius pretium non deprehenderem. Sic 1.) *Prov. 1, 24. seq.* Sapientia hypostatica impiis toties vocatis, denegat auxilium in tribulatione : Ergone a gratia & salute excludit ? 2.) *Hiob. 33, 29.* Elibi loquitur de vicissitudine calamitatum & liberatione ex illis ; quæ piis etiam in hac vita *tribus vicibus*, i. e. aliquoties, contingat : sed quæ hinc ad terminum salutis collectio ? 3.) *Jer. 7, 16, 11, 14, 14, 11, 15, 1.* *Ezech. 14, 14.* Deus impœnitentibus sub pœna temporali, denegat exauditionem precum & intercessionum : Sed hoc ipso non præcludit iis ad pœnitentiam reditum, quia de conditione impœnitentiæ hæc tantum intelligenda, *Quod si conversa fuerit gens ista a malitia sua, pœnitabit me super malo, quod cogitavi facere illi. Jer. XIII, 8.* Ideoque Jeremias pro iis intercedit, *cap. XIV, 19.* Hinc instar Regulæ est illud : *si Justitias meas profanabunt, tunc visitabo in virga iniquitates eorum ; misericordiam tamen meam non dispergam ab iis. Ps. XXCI, 32, 33, 34, 4.* *Luc. XIII, 7.* Parabolam de ficu per triennium sterili & ideo succisa huc trahunt. Sed Parabola docet : Deum ad ultimam usque

usque ætatem ab homine expectare fruges, addente Gerhar-
do: *Non de cujusquam salute temere desperandum, eum Christi intercessione etiam in ultima mortis hora quis con-
verti possit.* Harmon. T. I. p. 1208. Reliqua ne tango qui-
dem, sed ad publicam συζητησιν remitto, & Pl. Reverendo
Candidato discutienda relinquo.

§. XIV.

Unum illud superest, quod Orthodoxorum consen-
sum tam proterve objiciant, & Lutheri, Gerhardi, Fran-
zii, Danhaueri, Carpzoviorum, Pfeifferi, aliorumque
autoritate, fulcire deploratam causam conentur. Ve-
rum priores omnes ita vindicavit D. Musæus in Tr. An-
ti-Stengeriano, ut, si quis eo acquiescere nolit, ne ver-
bo quidem dignus sit, nedum proluxa refutatione. De
ceteris nihil addo, nisi hoc unum: *Mortuis Leonibus vel
simidos insultare.* Aliud enim est, similem quandam phra-
sin ex Legis rigore adhibere, aliud fontes simul Evan-
gelicos turbare, & suborto certamine heterodoxiam
propugnare; id quod a Theologis tam cor-
datis ac solidis semper fuit
alienum.

S. D. G.

